

extra portam civitatis construxit ac dedicavit. Hec itaque eadem ecclesia ad indicium huius rei actenus ab incolis Ad antiquum Sanctum Petrum nuncupatur.

His ita^a peractis^b, rogantibus omnibus pagi illius fidelibus in confinio villę que Mollesheim^c dicitur, ibidem^d ecclesiam in honore^e beati Petri construxit et^f dedicavit ipsamque^g ob multitudinem credentium Italica lingua 'Dumpester', id est^h domum Petriⁱ, nominavit.

Deinde ordinatis prespiteris ac^k sacerdotibus^k, qui populo Dei preessent, omnibusque rite peractis, beatissimus^l Maternus ad iniunctam^m sibi a beatoⁿ Petro curam multo fidelium comitatu pervenit Treberim^o, quam^p antiqui imperii metropolim ac^q posteritatem Nembroth^r Ninique ac Trebethe^s sobolem gladio verbi Dei expugnaturus aggreditur. Tantam itaque ei^t Dominus gratiam in^u brevi^u contulit, ut non solum plebis^v, sed et senatorum multos converteret ad Dominum^w constructamque inibi matricem ecclesiam ministris ac sacerdotibus adornavit.

Prefuit itaque beatus Maternus Trevirensi ecclesiae XXX^x annis et^y plenus ętate et^z virtutibus migravit ad Dominum, qui vivit et regnat Deus in secula seculorum^a. Amen.

II^d. Licet ab incepto nostro iam aliquociens digressi simus, possitque nobis illud Flacci non incongrue obici: 'anfora cepit Institui currente rota, cur urceus exit?', tamen quia Trebete et foundationis Treverensium mentionem fecimus, ne indiscussum pretereamus et lectorem suspensum relinquamus, quis vel unde fuerit vel quo tempore imperium Europe instituerit, paucis^b disseramus. Cum nimi-

a) 'itaque' P. b) 'Post hec' hier S, vgl. S. 157, N. k. c) BP; 'Moltzheim' S. d) Fehlt in P; 'denuo' S. e) 'honorem' PS. f) 'ac' PS. g) B = NP; 'ipsam' S. h) N = PS; 'vel' B. i) B = N; 'sancti Petri' PS. k) Fehlt in S. l) 'beatus' PS. m) PS; 'iniunctum' B. n) BP; 'Romano pontifice' S. o) 'Treverim' S. p) So N (nach Engelhard, Archiv VI, 439); fehlt in PS; in B 'Treberim-que', wohl durch verkehrte Auflösung der Abkürzung. q) B; 'et' N = PS. r) So N; 'Nembroch' B; 'Nemroth' PS. s) Dahinter 'de quo supra' nur in S. t) 'cui etiam tantam' S. u) BP; fehlt in S. v) 'civium turbas' PS. w) BP; 'Deum' S. x) So B = N = P; 'circiter XXX' S. y) B = PS; fehlt in N. z) 'ac' S. a) B = N = P, wo jedoch 'per omnia sec. sec.'; 'cum quo gaudet in infinitas saeculorum myriadas' S. — Vor diesem Satze wird in N ein Wunder erzählt, durch das Maternus bei der Ankunft in Trier ausgezeichnet wurde. Es fehlt in B, P und S, ist also nur Zusatz der N zu Grunde liegenden Ueberlieferung oder der Hs. N selbst. — S springt sogleich zu Kap. III über. b) 'paucis verbis' P; 'paucis diss. verbis' N. — Für alles folgende sind wir nur auf B und P angewiesen.